Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Ystoria Troiana - Cod. Aug. pap. 37

Guido <de Columnis>

[Reichenau], [14. Jahrh.]

Liber I

urn:nbn:de:bsz:31-73096

Visual Library

libellis cor inscriptum quasi una uo
cis consonancia inuentis. Athenis rep[er]
Quamquam ante hos libellos. quidam Poeta.
romanus noie Cornelius noie Salusti[us]
mag[ister] nepos in latinam linguam transfor
mare curauit. Tamen dum laboraret in
minimum esse breuis particularis ystorie ipi[us]
que mag[is] possint allicere animos auditor[um]
propter nimiam breuitatem videcent ob
misit. In hac igitur hic libelli totum inue
nitur inscriptum quid de tota ystoria
vniuersaliter et particulariter gestum fuit.
Que fuit origo inimiciciarum scandali
que aduersus phrigios greciam concitauit
ut appellaretur grecie non magna. Sicut
ytalia videlicet ut uoluerunt nonulli
deleat explendi. Dicentes aduersos Troya
nos et magnam graciam .i. ytaliam quam Nota de origine Achil
appellamus hodie romaniam constituisse
cum parua gracia. s. sola. licet paucis alijs
sibi adiunctis venire expugnare troyanos
Pro ut ipsius ystorie series. per eam quam infra
legent. apercius demonstrabit. sic quoque sue
cessiue describetur in ipsa. qui Reges
et qui duces grecorum armata manu et
quot nauibus se impendium exercitum contule
runt et quibus armorum insignis . Qui
Reges et duces in troyanam vrbis defen
sionem aduenerunt. Quanto tempore

fuit protracta victoria, quociens bellarum
certamen et quo anno, quis in bello cecideri[t],
et cuius ictu de quibus omnibus pro maiori parte.
Cornelius nichil dixit. Quapropter est quod ut ad Poeta
eius narracionis seriem accedat. Liber primus
de Peleo Rege thesalie maliciose indu
cente. Jasonem ut se conferat ad aureum
vellus
In Regno thesalie parte. s. principatus
Romanie, cuius incole mirmidone[s] al' incole
dicti sunt. quod nos hodie vulgari denu
ciacione Salonichon appellamus regna
bat tunc temporis. Rex quidam iustus et
nobilis noie Peleus cum eius consorte. Teti
da nuncupata. ex quorum matrimonio pro
cessit vir ille tam fortis tam animosus
tam strenuus denominatus Achilles. Hos
mirmidones illi qui dicere uoluerunt
magnam graciam .i. ytaliam in Troyanorum
excidium aduenisse appulianos esse dixeru[nt]
gens quedam. videlicet que in Regni Si
cilie finibus habitat constituta. Vnde pro
uincia illa. Apulia dicta est, et Ciuitas
Tetin, que in ipsa prouincia sita est. Apud
Thetide nomen asseruit assumpsisse. Sed
sic dicentes probabiliter errare. Cum i
mirmidones habitatores Thesalie
nuncuparentur. Quorum dominus post obitum
Regis Pelei patris sui, natus Achilles

in troyano bello multa cum eis mirmi
da bellicosa pegit. Sic de eis testatur.
Ouidius eorum originem fabulose commen
tans dixit enim hos mirmidones in
xiiij. Mathamorfoseos fuisse formicas
ad preces Regis Thessalie diis porrectas
in homines transformatas. Dum diebus illis
totum vulgus Regni Thessalie incum
bente quadam infirmitate letifera fina
liter decessisset. Solo illo Rege superstite
qui dicitur in quodam nemore iuxta radi
ces cuiusdam arboris adhesisse inspectis
ibidem innumerabilium formicarum discu
rentibus aciebus in homines redigi supplicater
postulauit. Et in legenda sancti mathei
apostoli mirmidones habitatores esse Thessa
lie in qua idem apostolus aliquandiu moram
traxit aperte monstratur. Hunc autem regem
peleum describit historia quedam habuisse
fratrem Esonem nomine sibi uterinum pariter
genitum et eum eius etate maiorem.
Qui dum longeue etatis senio graua
retur se ipsum uix regere poterat. Et ideo re
gni Thessalie gubernaculis factus inutilis
et longa sibi senectute confractus renun
ciauit et cessit Regni moderamina pe
leo fratri suo. Post autem pelei Regimen in
Eson legitur per tempora longa uixisse ita
ut eo multa senectute defecto eius oculi

caligarent et eius uigor corporeis penitus
nimia tabesceret senectute. quem dicit
idem Ouidius in eodem libro methamorfoseos
post modum in iuuentutis florem et in
iuueniles potencias renouatum. ita quod
de senili umbra factus est iuuenculus
medicinali cura et artificiosa uirtute
Medee de qua medea infra prime habitus
est sermo. Ex hoc igitur Esone superat quidam
natus Iason nomine uir fortis et stre
nuus et iuuenis nimium speciosus
modestus largus affabilis tractabilis
pius et omnium more uenustate coruscans
Huic Thessalie primates et nobiles huic
plebei tenere dilectionis effectum pro sua
uirtutum excellencia sunt amplexi
non minus quam regem peleum uenerantes
eundem. Erat quidem Iason non minus
obediens Regi patruo quam esset patri si
regeret nec erat molestus illi sed
omni subiectione deuotus. Licet peleus
sceptro Thessalie potiretur. Eadem igitur
relacione non sibi Rex peleus respon
debat quem licet signis extrinsecis
cum sibi carum esse monstraret arde
bat tamen et fluctuabat intrinsecus
ne in uirtute sua et in tanta affec
cione suorum quam sui erga ipsum habebant.
Iason cum Thessalie regni dominio

spoliaret. Longe igitur in mente secum sua
uit ardorem, quem sagaci studio tegens
ne actu publicetur aliquo euagari pos
set extrinsecus, diu perfatigabilem to
lerantiam est conatus. Quare disquisi
uit in mente sua varias ymaginatas composi
tas quibus possit Iasonem potiri absque
sui sigillacione pudoris. Tandem de re
mirabili diebus illis per plurima mundi loca
loquitur fama, auribus plurimorum intonuit
quod in quadam insula dicta Colcos ultra
Regni Troiani confinia versus orien
talem plagam quidam aries habe
batur cuius vellus erat aureum ut fame
preconium perhibebat. In hac igitur insula
regnare dicebatur Rex quidam Oetes
nomine, vir potens et diues sed etate
prouectus. Hunc aurei velleris arietem
describit ystoria custoditum fuisse mi
rabili cura ac studio dei Martis, cum
in eius custodia boues quidam deputati
fuissent viuentes flamas ex ore uo
mentes. Siquis igitur hunc aurei velleris
arietem optaret habere, cum hiis bobus
necesse habebat inire certamen. Et si eorum vic
toria potiretur, oportebat eum boues ipsos
deuictos iugo subicere et eos compellere ara
tro terram vertere in qua erant. Item
ipsis bobus deuictis et arare coactis, iterum

necesse habebat in quemdam draconem seui
ssimum (?) uigilantem et flamas igneas exalantem
irruere, ipsumque bello cum ipso commisso perimere.
Et eo perempto dentes a faucibus eius euellere,
et euulsos serere in predictam terram a bobus
aratam. Ex huius semine seges mirabilis
pullulabat. Nam exactis dentibus quidam
armati homines milites nascebantur statim
qui bellum inter se illico committentes, qui
se per mutua vulnera perimebant. Per
hec igitur periculosa discrimina et non per alios
tramites poterat predictum aureum vellus
haberi. Ac omnibus volentibus predicta subire
certamina. Rex Oetes liberum faciebat
aditum exhiberi. Quamquam ei sic de aurei
velleris ariete dicatur ystoria, asserentes
tamen veram de eo alii sunt testati. Dixerunt
enim Regem Oetem cumulum thesauri
magni possedisse et possessum custodie
tradidisse memorate per incantacionum
carmina facta et artes mathematicis
constitutas. Huius enim thesauri cumulum
perimendam ingluuiem et auaricie cupidi
tatem que omnium malorum est mater multi
strenui querere voluerunt. Sed impugnan
tibus incantacionum noxiis, propter thesauri
compendia finaliter sibi necis dispendia que
siuerunt, ut super de aureo vellere ad regem
Peleum fama peruenit, tanto discrimine

Iniquitas anima/la voluntas pa/trui circa nepo/tem.

Nota mira/bile ma/gnum.

Nota auari/ciam ma/trem omnium/malorum.

questiturus statim curiosum ad illud erexit animum diligenter attendens qua tutiori via et sine sui pudoris labe non posset tradere Iasonem facilius ad perdendum. Assumpsit ergo propositum qualiter Iasonem hortaretur ut insite virtutis strenuitate iuvenilis confidentie ad aurei velleris questum voluntarie se offerret. Decrevit ergo in celebriori civitate Thesalie sollempnem curiam in qua multitudine baronum et militum non modica confluente curia ipsa triduo perduravit. Tertia die Rex Peleus vocatum ad se Iasonem in presentia nobilium sic allocutus est dicens. Satis quidem glorior, care nepos, de domino regni Thesalie tam excelsi, sed multo plenius me gloriosum de tanti strenuitate et probitate nepotis, cum tue virtutis excellentiam provincie ipsius fama testificante cognoscimus, et ea fama universa relatione continua predicet in remotis. Nec enim Tesala menia sic regni et mei proprii honoris et gloria cum te salvo Regnum Thesalie timeatur ab omnibus, et te vigente nullus audeat inimicus. Porro virtutis tue gloria in sublimi me poneret, si aureum vellus quod Oetis Regis potentia tenet inclusum te potente in Regni mei claustra posset adduci / quod per te non ambigo satis de faciali fieri

posse. Si laboris animum anxiosus assumeres et orationis mee precepta obducere exequenda, que si perficienda decreveris, tibi singula vivari necessaria parabuntur in apparatu maximo et comitiva militum quos de Regni melioribus duxeris eligendum. Acquiesce ergo verbis et horum mandatorum meorum operatum te exhibeas gratiosum ut in conspectu meo decetero maioris dilectionis appareas et de tue strenuitatis fama letetis in maiores apices sublimari. Nec enim expers a magne tue utilitatis compendio efficiatur labor tuus. Nam veris pollicitationibus et non fictis te certum efficio quod me deficiente te futurum heredem in regno Thesalie statuam, et me vivente non minus me ipsius Regni dominio potieris. Intellectis igitur a Iasone singulis que in tantorum presentia circumstantium

oratio Regis Pelei in destructionem Iasonis si possibile fuisset

Rex Peleus protulit gaudio exhilaratus est multo, non attendens insidiosas regis astutias et eius dolositatis latebras non advertens, credens que dixerat de pure regie conscientie cellula processisse prius in sui honoris incrementa sublimia quam in sue detrimenta persone. Confisus ergo de sue strenuitatis audacia nec reputavit impossibile sibi esse quod regis fallax audacia exposcebat, Regis mandatis se promptum gratanter exhibuit et se intibilit ipse

[illegible] [illegible] mirabile.

tutum expedita cum omni devocione promisit.
Letificatur igitur Peleus ad grata sui responsa
nepotis inde cure finem imposuit. Appetens
exequi vota sua. Post promissa predicta quibus
fortunam illudere iam presensit. Considerans

Nota de primo constructore navium

ergo quod Colcos insula maris circumdata adiri
non poterat nisi cum navigalibus aptis ad ma
ris discrimina sustinenda iussit ad se
vocari de Regno Thesalie quendam pro
bum. Argum nomine lignorum artificem multa
discrecione vigentem qui ad regis iussum
mire magnitudinis quandam navim
in multa congerie lignorum extruxit que
de sui actoris nomine proprio vocata est Argon.
Hanc asserere voluerunt primam fuisse navim
prima vehere que velis institutis adire
loca remota presumpsit. Et ideo quamlibet na
vim magnam que transmeat maria velis
dicatur elevatis Argon Grammatica vocavit.
Parata igitur navi predicta et munitis in
ea singulis habundanter que causa
navigacionis exposcat multi nobiles de
Thesalia multa strenuitate conspicui cum

Nota de origine herculis.

eodem Iasonem ingrediuntur in ipsam. Inter
quos fuit ille vir vere fortissimus et fortis
Hercules nuncupatus natus ut scripsere
poete ex Iove et Almena Amphitrionis uxore
hic est ille Hercules de cuius mirabilibus
actibus plurimas mundi partes fama divulgatur.

Qui sui potencia infinitos gigantes suis
temporibus interemit. et in ulnis propriis elevatum
intollerabili strictura sui examine fortis
simum confregit Antheum. O si credere dignum
est portas adiuit inferni et custodem earum
Canem Tricerberum violenta manu extra
xit ab illis. qui tanta pulsione promitur.
ut madefactus totus sui veneni spuma
egesta pervomitum multas mundi partes infecerit
letiferis. Set que sunt eius actuum longa narracio
protrahit diutina expectacione auditorum animos
attraheret. Ista ideo sufficiant tetigisse. cum
et rei veritas in tantum de sui victoria acta
per mundum miraculosa divulget quod usque
in hodiernum diem usque quo victor applicuit
columpne Herculis testantur ad Gades. Nam has
Columpnas magnus Macedonius Alexander
Regis Philippi filius qui et ipse de stirpe Re
gum Thesalie que Macedonia filie dicatur Thesalia idem quod macedonia.
fuit productus subiugando sibi mundum in ma
ximi forti legitur pervenisse ultra quas non est
mundus adhibilis cum ibi sit mare magnum
Occeanum. unde quod per angustum locum ibidem per
medium Germanium terre mare se ipsum infundens
mediterraneum nobis mare constituit quo
intrinsecas mundi partes a nobis navigabi
les ut videmus quod licet ab ipso loco infusionem
recipiat effusum litoribus Syriis clauditur
in quibus civitas nostras potissime recipiat na

vigantes. Hunc locum angustum a quo pri
mum hec mediterraneum mare dilabitur. huiusque
hodie navigantes strictum Sibilie nomi
nant sive secte. Et locus ille in quo predicte
columpne herculis sunt affixe dicitur sarrace
nica lingua Saphy. quidam locus a quo
sufficiat ultra non ire. Obtenta igitur a Rege
pelleo Jason navigandi licencia nova
sulcat maria cum hercule et suis oplitibus
navis nova. Cuius vella dum secundus ventus
ibuit et ei inflat afflatu. loca Thessalie
cognita deserit valde cito et ad incognita
maris loca cursus dirigit velocissimo cur-
su suo. Multis itaque diebus ac noctibus na
vigantibus illis sub ductu Thessalia Phy
locete eius discrete notatis stellarum cursum
visibilium existencium inter polum maioris
urse medietatem et minoris que nunquam cadunt
cum anne uiano secundum positam poetarum cum
stellam illam quam navigantes tramontanam
appellant. Poete dixerunt esse stellam extre
mam positam in cauda urse minoris et ma
iorem ursam navigantes ipsi Circam nominant
et Anguem dicunt esse magnum. De quibus ursis
maiori et minori Ovidius in secundo methamorpho
seos fabulose commutans dicit Calistonam
et Archadem filium suum has mutatas in
ursas. Dicimus quod septentrionales stelle cum
sint septem inter Arcton de quibus Lucanus sic dicit.

Atque boreas summo mea iuserat celo.
Videntis stellas illuc ubi circulus axem
Ultimus involuit spacioque brevissimus ambit.
Ad nos silese tangit oceptus Alcyone.
Surgite ceruleo septem plibere triones.
Movitur cum Phylotetes stellarum cursus et
motum si aliquis est in illis tamquam ille qui
navigacionis erat multum expertus. et ideo
aura secunda perflante dum recto remige
navigantur donec ad horas Frigias
Regni Troyani. videlicet pertinencias nova
navis applicuit. portum s. qui tunc dice
batur ab incolis Symeonta. Liber secundus
in quo agitur qualiter Jason et Hercules
applicuerunt in Frigiam et de portu Troyan
turpiter licenciati fuerunt per Regem Lau
medontem tunc regnantem in Troia et
inde descendentes pervenerunt ad Insu
lam Colcos.

Grecia autem maris fatigacione lassati
ut pervenerunt in terram in ipsam de
scendere quietis cum sicienti animo moli
untur. descendentes ibidem recentes aquas
a fontibus auriunt et ibidem manere refri
geracionis gratia per dies aliquos statue
runt non ut incolis molestiam inferre dispo
nerent nec nocivis dispendiis eos le
dere aliquatenus attemptarent. Sed in
vida fatorum series que semper quietem in-